

## CEROTA.

*Cerotum Infrigidans Galeni  
ex Mesue.*

℞. Ceræ albæ ℥ j. \*  
Olei Rosati omphacini ℥ iiij. \*

Cōquassentur simul cum modico albi & clari aceti. Oleum vero Omphacinum anrequam Rosas recipiat, sæpius est lavandum cum aqua fontis gelidissima; deinde confice secundum artem.

REFRIGERAT febres ardentes, calorem hepatis, & sedat dolores capitis, circum tempora, super hepar & spinam dorsi linitum.

*Cerotum Santalinum D. Mesue.*

℞. Rosarum ℥ xij.  
Santali rubei ℥ x.  
Santali albi  
Santali citrini ana ℥ vj.  
Boli Armeniaci ℥ vij.  
Spodii ℥ iiij. Camphoræ ℥ ij.  
Ceræ albæ ℥ xxx. Olei Rosati ℥ j.

Confice secundum artem.

OLEUM Rosatum debet fieri ex oleo acerbo, id est, ex immaturis olivis expresso.

P 5

PHLE-

PHLEGMONAS & intemperaturas  
omnes calidas ventriculi, hepatis, & par-  
tium aliarum potentissime extinguit.

*Cerorum Stomachale Galeni*  
*D. Mesue.*

℞. Rosarum rubrarum ℥ xx.  
Foliorum Absinthii ℥ xv.  
Mastiches ℥ xx.  
Spicæ Nardi Indicæ ℥ x.  
Cera mundæ ℥ iiij.  
Olei Rosacei ℞ j. β.

Cera & oleum aliquoties ex aqua Rosa-  
rum laventur, & excolata omni aqua rur-  
sus ad lentum ignem resolvantur: deinde  
alia omnia in subtilissimum pulverem tri-  
ta inspergantur.

VENTRICULUM & hepar robotat:  
horum dolorem à frigido lenit, appeten-  
tiam excitat, coctionem iuvat.

EMPLASTRA.

*Emplastrum Diachylon simplex.*  
*D. Mesue.*

℞. Mucilaginis Fœnugræci  
Mucilaginis seminis Lini  
Mucilaginis radicum Althææ ana ℞ j.  
Olei